



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Constantia pestilentiae tempore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

tationem Oppidi eius sacerdotes misit. Interim
vulgari cœperat Augustæ pestilentia lues.
Tempore usus est Medicus sacer, vt ex formidatis
corporum malis animorum sanaret morbos. De-
dit inter cetera operam, vt ad pestem auertendam
instaurarentur supplicationes publicæ, quæ Hæ-
reticorum impietate obsoleuerant: habiteq; sunt
modestia, ac pietate magna Catholicorum, fre-
merent licet impij, & quidam procaciter deride-
rent. Exhortantibus deinde amicis Canisium, vt
tempestiuo secessu incolumitati suæ caueret, E-
go, inquit, absque sinistro rumore, prauoque ex-
emplo muneri meo deesse, cathedramq; deserere
nullo pacto posse videor, præsertim cum sacri ad-
uentus tempora instent. Sunt qui pro Ciuitatis
frequētia, & morientium numero haud sæuum
admodum putent malum: eoq; sibi non admo-
dum caueant. Atqui, si minus illi contagionem
metuunt, quia leuem opinantur: nos nihil me-
tuimus, quia bonum habemus Dominum, qui
nos conseruat, ac protegit in hac messe minimè
negligēda. Perstigit igitur in statione, & opere; nec
boni Domini clemētia constātem seruū sefellit.

*Instaurat Au-
gusta supplica-
tiones publicas.*

*Constantia pe-
stilentia tem-
pore.*

Vbi primum noui anni exortus intermissio-

d nem